

ANHANG.

I.

Ordnung der leermeyster zu Strassburg Año dni 1534.¹

Erstlich sol keiner in der Stat Strassburg kein schul oder leer hauss halten, er habe sich dan zuvor den verordneten schulherren von eim Ersamen Rhat angezeigt, und sey von denselben also zu lernen angenommen oder zugelossenn.

Es sol auch keiner under denselben lerneystern kneblin und meitlin bey und mit einander lernen, sonder sollen die verordnete schulherrn eim yeden kneblin oder meitlin zu leren zulossen, und wem also kneblin zu lern zugelossen wurt, der sol kein meitlin lernen, und herwiderumb auch, es weren dan sein eigen kinder, oder so es sich begeben das ymants kinder hette, die noch klein seind, und dieselben nit gern von einander sündertte, mag er ein meitlin so under acht Joren, wol mit dem knaben seinem brüderlin so elter ist in die knaben schul schicken, derglichen kneblin so under acht ioren wol mit seinem schwesterlin so elter ist in die meitlin schul schicken; doch so dieselben jungen knaben oder meitlin über die acht Jor komen, sol ein ydes in die schull dahin es gehört, vermog obangeregter ordnung geschickt werdenn.

Es sollen auch die lerneyster von ydem kind das sie also lernen von einem viertel iorsz nit mehr dan xvij pfennig strossburger fordern und nemen. So aber die eltern einem usz friem willen mehr geben wolten, sol inen unverbotten sein, doch das sie die kinder nit daruff stiften oder underweyssen, auch die andern so nit meher geben nit entgelten lossenn.

Es sollen auch die leermeister hinfurter khein holtzgelt, marthins nacht, ostereyger, oder ander schencken, wie die namen haben mochten, von den kindern so sie lernen, oder iren eltern fordern, sonder sich obbestimpter besoldung benign lossenn.

Nach dem auch den latinischen schulmeystern bevolhen, das sie kein Jungen in ir schul nemen sollen, er konde dan zuvor schreiben und lessen, wo dan die eltern willens seint, solich ire knaben nochmal in die latinische schul zu thun, sollen sie dieselben knaben latinisch schreiben und lessen lernen, und so sie sollichs begrieffen, iren eltern sollichs anzeigen, domit sie in die latinisch schul gethon werden.

1. Thomasarchiv. (nº 40 des Sammelbandes *Leges Gymnasii, Collegii Praedictorum et Wilhelmitarum.*)

Sie sollen auch ier kinder nit allein im schrieben und lessen underweyssen, sonder dieselbigenn auch in der forcht gottes, christlicher zucht und burgerlichen guten sitten, uffziehenn, und domit soliche in allen leerheüssern gleich und dester fleyssiger beschee, sollen sie den angestellten kinderbericht ire leerkhinder lernen und alle woch ein egenen tag darzu fürnemen, die khinder auch fleyssig vermanen, am sondag die predigen und gottes wort zuhörenn.

Und ob ettlich eltern so unbegnadet weren, das sie nit wolten das man ire kinder den Catechismus und angestellten kinderbericht lernet, sols kein leermeyster desshalben unterlossen, sonder Inen sagen das er solichs von den verordneten schulherrn ein bevelh habe.

Sie sollen auch iren kindern so sie also lernen befehlen, sie auch mit der stroff anhalten, das sie uff den gassen ziechtig usz und [in] die leerheüsser gangent, auch denn knaben nit gestatten also in hosen und wamosz in die leerheüsser zukomen, sonder das sie ire leibroeklin oder somsz rocklin anhaben. Deszglichenn sollen auch die leermeyster mit irer cleydung züchtig und erbar sich haltenn, domit die Jugent nit geergert und einich unzucht oder anstosz an irenn vorgengern nemen.

Sie sollen auch mit der stroff gegen inen als kinder haltenn, dergestalt das kein zorn oder bewegung bey inen gespurt werde, sonder das sie allein dardurch die kinder zur leer und zucht zu ziehen begeren.

Unnd dweil es ein eigen menschen erfordert und ein besonder emsigkeit haben will, das ein einiche personn in so kurzer zeit etwan nur in einer -tunde so vil kinder zuverhören, befragen, die lectionen zur widerumb reinelich fürgeben, ir anfenklichs schrieben besichtigen, fürschieben, und in dem allem sie reinelich anfürenn.

Ist der verordneten schulhern ernstliche meynung, das die angenommenen leermeyster sich aller sollicher geschöfft und handel, wie die iach ein namen haben mögen, dardurch sie merklich verhindert werdenn, den kindern ausszuwarten, gentslich zuentschlagen und die sach uff ire weiber oder andere untüchtige personen mit lossen woltenn, oder aber der schulen müssig zu stonn.

Und wo einicher leermeyster die obgemelten punct ein oder mehr überdretten oder underlossen würde, der sol durch die verordneten schulherren so sie das anlangt, beschickt, und yhe nach seiner verhandlung und gelegenheit der sachen gestroffet werden.

Es soll auch der zugelossenen leermeister kheiner mehr dan übernacht uszer der stat sein, one besondere erlaubnisse der verordneten schulherren.

II.

Institutio Scholae ad Petrum Seniore[m] cui praeest Schwebelius.¹

Quotidie cum mane ventum fuerit in ludum, quod plerumque fit circa vel post dimidiam horam sextam per aestatem, hieme vero ante septimam, a lectione sacra Novi Testamenti graeci tanquam felici auspicio studia nostra inchoamus. Et quo melius omnes pueri qui praesto sunt haec capere possint, non tam latine quam vernaculo etiam omnia interpretamur, et ut regnum Dei in primis quaerere discant, non hic tantum, sed quoties occasio, sese obtulerit sedulo hortamur.

1. N^o 41 des Sammelbandes *Leges Gymnasii, Collegii Praedicatorum et Wilhelmitarum* (Thomasarchiv).

Postea ad horam sextam aestivo tempore, hyemali vero ad septimam fit imploratio Sancti Spiritus cantico illo, Veni Sancte Spiritus, aut hymno illo, Veni creator Spiritus, cui cantui qui postremus omnium intervenerit Orationem dominicam clare recitare iubetur, aliique omnes ut comprecantur, submissius tamen, admonentur. Quibus vero peractis ipsas lectiones auspicamur, quas per totam septimanam tenore prosequimur huiusmodi.

Die lunae prima lectione commune nobis examen cum majoribus in Etymologia, praesertim autem declinationibus et conjugationibus, aut in aliis rebus grammaticis pueris maxime necessariis. Secundae classis examen in Donato ab Heinrico Zelliō meo synergō peragitur.

Elementarios vero pueros non solum hac hora verum etiam aliis, cum mihi non vacat, Heinrico huic meo, vel custodi, aut alteri cuiquam provectoris doctrinae discipulo audiendos et examinandos relinquo. Cui lectionem legunt, latina aliqua vernaculo recitant, scriptaque sua ostendunt.

Interim puer aliquis scribendi peritus a me constituitur, ut in tabulam conscribat Epigramma aliquod insigne istius Vergilij, Horatij sive alterius cuiusquam poetae praestantis, omnibus deinceps pueris duarum classium rescribendum.

Ad septimam vero horam generale illud exercitium finitur, examinantur autem et censentur qui vernaculi aut immodesti a censoribus et corifacis deprehensi fuerint. Tum demum ad sumendum ientaculum fit dimissio, Aut in schola manendi copia et otium datur versus praescriptos interim excipiendi. — Nunc Bucolica Vergilij, Tabulas Io. Murnellij de ratione componendorum versuum pueris explico.

Deinde octava h. propositum ipsis carmen interpretor, admonens omnium quae ad rem facere videntur.

Elementarij interim per meum synergon vel custodem examinantur.

Ad nonam pueris omnibus in unum locum collectis, ut ante exitum Symbolum Apostolorum eadem ratione qua mane Oratio dominica ab eo quem iussero recitetur. Postea ad prandium dimittuntur.

Hora duodecima ad secundam carmina illa quemadmodum scripserint, qui legere, scandere, interpretari, aut etiam modulari norint, examinantur.

Deinde recitatione Decalogi facta ad merandam dimittuntur.

A tertia ad quartam in literis graecis a me instituuntur, qui ad hoc idonei videntur. Cum rudioribus vero in minoribus colloquiis Erasmi primum agitur, postea ex Catone, dictis sapientum aut aliis huiusmodi, quae Erasmus pueris accommodanda collegit, in diem crastinum reddendum aliquid proponitur.

Elementarii rursus per me aut synergon examinantur, duoque vocabula una cum sententiola aliqua pueris accommoda, aut aliud quiddam de ratione legendi in tabula praescriptum ipsis discendum traditur.

A quarta duobus aut tribus versibus e psalmo aliquo decantatis, finem primae diei imponimus domosque repetimus.

Die Martis, itemque alijs diebus quibus schola habetur, idem mane fit ante debitam lectionem inchoatam, illaque finita, quod die Lunae fiebat.

A sexta carmina a provectoribus, a mediocribus vero epistolia loco carminum exhibentur. Rudiores interim in suis dictatis ex Catone et alijs ex eodem libellulo propositis primum, deinceps in declinationibus et conjugationibus examinantur.

Post septimam omnibus antea rite ut die lunae peractis dimittuntur.

Ab octava ad nonam Similia Erasmi primae classi prolego, unde variam materiam carminum

sive epistoliorum condendorum habere liceat. Rudiores interim in Donato declinationibus et conjugationibus a synergo exercentur. Minimi denique a me et Heinrico audiuntur.

Hora duodecima ad primam Sallustium interpretatur omnibus ad hunc authorem audiendum idoneis. Rudiores interim a Zello in minoribus colloquiis Erasmi exponendis detinentur.

A prima ad secundam Terentium Heinricus praelegit. Elementarij interim a me legendo sive scribendo exercentur.

A tertia ad quintam plane eadem fiunt quae die Lunae.

Die Mercurij prima hora exercitum nobis est cum pueris primae classis, ut pridie in Terentio audita bona fide reddant et interpretentur, in declinationibus et conjugationibus reliquisque partibus orationis examinentur. — Cum rudioribus interim et alphabetariis idem fit aliis diebus.

Octava grammatica Philippi latina primae classi praelegitur. Secunda classis interim in Donato declinando et conjugando exercentur.

A duodecima ad primam rursus in Sallustio, ut die Martis. Rudiores itidem eadem sua habent quae die Martis.

A prima ad secundam in maioribus Colloquiis Erasmi legit Heinricus. Elementarij interim a me legendo et scribendo exercentur.

Tertia ad quartam eadem habet quae ceteri dies.

Die Jovis post horam sextam iam aliqua examinatione in praelectis cum pueris facta, fit compulsus ad concionem. Ibi totus discipulorum grex ad templum verbum Domini audituri se necum conferunt. Qua concione peracta ludum necum repetunt; examinatisque immodestis et vernaculis, ut reliquis diebus, fit dimissio.

Interim tamen selecta aliqua epistola ex Politiano sive Erasmo aut aliud quiddam scitu et memoratu dignissimum vel thema aliquod lingua vernacula in tabula pueris rescribendum, imitandum atque vertendum proponitur. Quod ut melius praestare possint, rationem modumque huius rei pueris antea explico. Reliquumque temporis ut aliis diebus in grammaticis et cum elementariis transigitur.

Post nonam omnibus rite absolutis vacatio pueris a ludo literario datur, in diem crastinum quo commodius per totam hebdomadam audita repetere, ac epistolas in diem Veneris praescripta componere liceat.

Die Veneris prima lectione generale nobis exercitium est in Syntaxi Erasmi, ut pueri primae classis ordine construant insignem aliquam antea auditam epistolam. Reliqui secundae classis in Donato declinando et conjugando ab Heinrico examinantur. — Octava hora in Syntaxi illa cum majoribus pergitur. Reliqui ex duabus classibus ut aliis diebus audiuntur.

Duodecima epistolae a pueris conscriptae atque compositae exiguntur et examinantur ad secundam, atque postea fit dimissio.

A tertia ad quartam in Musica periculum facimus cum illis quibus natura ad hoc non repugnat. Alii interim quemadmodum reliquis diebus ab Heinrico Zello meo synergo examinantur.

Die Sabbati dictata et audita per totam septimanam ab duabus classibus exhibentur et examinantur.

Octava ad nonam in Catechismo tota schola instituitur et pietatis morumque bonorum unice admonetur, ut norit quibusnam operibus subsequens dies dominicus transigendus sit.

Duodecima ad primam, psalmi in schola crastino die dominico in templo decantandi praecinantur; postea fit dimissio.

Die Dominico ante summam contionem publice in schola Paraesim Erasmi ad christianam philosophiam profiteor. Ubi vero compulsatur, templum omnes petimus, psalmis sacrisque alijs cum reliqua ecclesia perfuncturi.

Ad vespertinam concionem catechismique institutionem cum pueris meis atque aliis, quotie otium datur, adsum.

Haec fere summa est institutionis scholae nostrae, quam tamen iudicio sapientiaeque doctorum adeoque scholarum praefectis dominis meis observandissimis lubentissime, ut me quoque submitto

JOANNES SCHUEBELIUS vestrae
excellentiae semper obsequentissimus.

III.

Johann Sturms Ratschlag an die Schulherren.¹

JOH. STURMIUS.

Ludos literarum uno loco comprehendi utilius est quam varie distrahi. Ut enim ineptum esset decem ovibus singulos magistros singulaque pascua assignare, si unus locus, unum pascuum sit satis: sic etiam non laudabile est, quod ab uno aut a paucis fieri potest eodemque in loco idem distrahere atque compluribus committere.

Quanquam in ovibus illud utile est, in hominibus prope necessarium, ut multitudo atque varietas comparetur, quorum alterum imitationem excitat, alterum adfert voluptatem. Nam quod ab omnibus aut a multis laudatur, ad id inflammari homines solent, et varietas studiorum taedium plerumque aufert.

Hanc ego causam etiam esse puto, quod in sua Republica Xenophon Persarum illam *ἐλευθερίαν ἀγοράν* uno in loco coaedificatam scribit, semotam a turba atque strepitu. Debet enim haec ratio habere *εὐκοσμίαν καὶ συζήτησιν καὶ συμπερτήν ἀρετήν*, ut ordine atque modo omnia fiant, ut communia studia atque conjunctae vires quasi uno aspectu appareant. Hinc est quod Persarum tametsi distributae essent illae *χωραὶ* de quibus scribit Xenophon, tamen in iisdem substructionibus versabantur *παῖδες, ἔφηβοι, τέλειοι, ἄνδρες καὶ οἱ ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγονότες*. In coetu enim et frequentia maiora exempla et plura ad excitandum et maiores ad discendum occasiones exhibentur. At Socrates hac de causa apud Platonem in Phaedro solitudinem improbat, cum ait: *τὰ μὲν οὖν χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδὲν θέλει με διδάσκειν, ἀλλ' ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι*. Itaque nisi multitudo tanta sit, ut locus unus non satis sit, utilius est coacta esse quam dissipata studia. Leodii, Daventriae Zuollae, Vuasaliae literarum exercitationes [*habent*], eisque unum assignatum locum, distributum suis ordinibus, atque ex illis ludis feliciora et plura plerumque prodeunt ingenia quam ex vicinis, ut vocant, Academiais. Saepe fit ut qui ibi docte et pie informati sint, in illis artificum maiorum gymnasiis corrumpantur. Quod vero frequentia magnam vim adferat, inde colligi potest. Lutetiae quoniam maxime et varie studiorum turba confluit, multa instituta sunt collegia. Sed tamen inter haec ipsa in quibus raritas est, infeliciores exercitationes et minores progressus fiunt. Ut autem quodque frequentissimum est, ita etiam doctiores et diligentiores habet discipulos. Etenim

1. St-Thomasarchiv. Univ. (I. 1.)

et magistri et auditores copia excitantur, languescunt solitudine. Sed illa multitudo collegiorum obest, propterea quod qui cum civibus habitant, non unum in locum conveniunt, neque ad omnes horas adstringuntur, suo ingenio obtemperantes, quod optimum est, non sequuntur.

Leodii cum essem, dissensio orta erat inter magistros, et quidam separatim docere instituerunt, quibus si successissent consilia, perditum esset illud Hieronymitanum Gymnasium! Nam cum quisque pro se allicere adolescentes studeret, non quod optimum esset, sed quod maxime placeret, legerunt et auditorum magis stomacho quam rationi obtemperabant. Etiam qui illam praeperperam interpretationem gravium rerum vituperabant, tamen cogebantur inservire temporibus, ad retinendam adolescentiam. Illa dissensio studia dissipabat, ordinem lectionum invertebat, impediabat omnes profectus. Sed cum detrimenta palam animadverterentur, restituta est pristina illa ratio. Quae cum optima est, ad hunc modum solet esse instituta.

1. Totus grex in octo ordines est distributus. Primus ordo eos continebat, qui legere, characteres formare, et nomina verbaque flectere discebant, hic ibi locus octavus vocabatur.

2. Septimus ordo illos habuit, qui in verborum coniunctione instituebantur, quibus diligentior ratio dictabatur inflectendi verba, quibus ex poetis et oratoribus aliqua ad intelligendum facilia proponebantur, quorum sententiae resolvebantur et singulorum¹ vis aperte et familiariter explicabatur, eaque rursus in aliis sententiis conjungebantur, ut quasi via patefieret ad compositionem.

3. In sexto certa hora destinata erat grammaticis praeceptis: quae non nova adferebantur, sed retinebantur ea quae antea didicerant et quaedam addebantur, quae tamen necesse erat discere, in septimo vero ordine fuissent intempestiva. Diligentior hic instituebatur explicatio scriptorum et scribendo exercebantur, sed familiaribus argumentis atque soluta, ut vocabant, oratione, deinde etiam versus ad certos praescriptos modos canebant et horum rationem incipiebant addiscere.

4. In quinto repetebantur grammaticae regulae, quas ante didicerant atque habita eorum autorum ratione, quos antea didicerant, novos addebant et historici exponebantur, et stilus informabatur politius, et maior in faciendis carminibus consuetudo, et quaedam graecae grammaticae proponebantur praecepta.

5. In quarto grammaticam graecam diligentius tradebant, Praecepta dialectica et rhetorica instituebantur, quae in quinta classe solum indicabantur. Neque stilum solum exercebant pueri, sed post cogitationem, atque commentationem, pronunciabant aliquid, quod pro declamatione habebatur. Quae vero eiusmodi ratio esse debeat, praescribi seorsum debet.

6. In tertio recognoscebantur praecepta dialectica atque rhetorica. Postea Graeci et oratores graeci explicabantur. Neque in Latinis solum, verum etiam in Graecis stilum exercebant, diligentiore animadversione et accuratiore imitatione. Hic etiam ratio imitandi indicanda et certa consuetudo exercendi praescribenda est.

7. In secundo organum Aristotelicum explicabatur. Praecepta rhetorica absolvebantur. Legebatur Plato, Euclides, Jura, fiebant declamationes.

8. Primus Theologiae diligentior interpretationem habebat. Quaestionibus propositis, disputationes instituebat. Sed coniungebantur cum primis hi qui in secundo versabantur. Sex primi ordines singulos doctores habere debent, in secundo atque primo utilius est esse plures, propter varietatem atque difficultatem rerum, quibus omnibus non unius industria sufficit. Et Platonis temporibus antequam ad Academiam veniebat, audiverant Mathematicos. Unde constat Mathematicos docuisse separatim. Constat etiam ex lib. I de Oratore, quod Carneades, Clitomachus, Aeschines simul Academiam obtinebant. Et Crassus libro tertio significat singulos in singulis arti-

1. Qui vero haec fieri debeant, seorsum est agendum (adnot. in margine.)

bus consensuisse. Aliud enim est tradere et docere, et aliud discere: ordine omnia disci possunt, sed non unus simul omnia potest docere.

Illud maxime cavendum est, ut eadem praecepta grammatica, dialectica, rhetorica retineantur. Nihil perniciosius quam in his mutationem fieri. Quare etiam illa dialectica precepta et rhetorica ita in quarto et tertio ordine tradi debent, ut aditus fiat ad secundum, et ad Aristotelem, ut ibi non sit opus aut dediscere aut commutare aliqua quae ante sint cognita.

Festis diebus etiam legebatur, sed in sacris, singuli in suis ordinibus, bis, semel ante prandium, semel etiam a prandio. Id ita fiebat, ut cum Magistris pueri ad publicas contiones transirent, erant enim illae auscultationes continuatae.

Dies Jovis non omnino vacuus erat lectionum; sed id ex Rectoris pendebat arbitratu, de quo nunc dicendum est. Unus erat qui omnibus ordinibus praecrat, qui praescribebat qui libri legendi essent, qui singulos ordines per decurias distribuebat, qui de doctrina puerorum iudicabat, qui animadvertibat in omnes. In his enim quatuor versabatur eius officium.

Nemo enim tam doctus est neque tantum usum consecutus, quin saepe voluntatem suam magis sequatur quam iudicium. Saepe fiebat ut posteriores ordines antecedentium rationes in instituendo improbarint; hinc nova praecepta grammatica, dialectica, rhetorica colligebantur, et novo atque superfluo obruebantur ingenia labore. Aliqui etiam, antequam pueri fastidiebant diurnam moram in eodem libro, ideoque antequam absolveretur, rejiciebant. Erant etiam qui ut suis studiis consulerent, vel ut doctrinam ampliorem venditarent, scriptores illi aetati non idoneos interpretabantur. Aliqui etiam eiusmodi legebant qui aut moribus oberant, aut pervertebant iudicia. Ad haec igitur mala vitanda unus constitutus est, qui ceteris praesit, cuius iussu atque auctoritate lectiones, exercitationes, studia denique omnia informabantur.

Leodii etiam, praeses coenobii Hieronymitani ipsumque coenobium animadvertibat, si ab eo qui Rector vocabatur, peccaretur. Multa enim homines solent facere cupide. Igitur utile est *σχολαρχίαν* eiusmodi esse, ut neque ex singulis neque ex uno omnia pendeant, sed distributa sit auctoritas singulorum.

Prima igitur officii ratio in praescribendis autoribus consumebatur, altera in decuriis distribuendis. Habebant enim singuli ordines ducentos et amplius adolescentes, qui deni aut octoni coniungebantur, inter quos unus ordine constituebatur, qui mores observabat et annotaret, quoties quis erraret, id Rectori indicabat, qui pro magnitudine delictorum poenam moderabatur. Si ille decurio, qui singulis hebdomadibus novus constituebatur, neminem notaret et negligens esset, dabat ille poenas pro ceteris. Singulis etiam mensibus singuli singulos nummos conferebant, quibus liber aut eiusmodi aliquid emebatur, quod tribuebatur qui minus deliquisset, qui melius lectiones repetiisset, qui composuisset elegantius: de quibus rebus eius ordinis Magister iudicabat.

Tertium erat, ut de puerorum doctrina iudicaret. Singulis enim annis semel progressus ad proximos ordines fiunt. Hic in singulis ordine constituebantur ut doctrina praecelebant. Ea ordinatio a Magistro fiebat. Sed quoniam peccatur ab eo aut errore aut benevolentia, liberum erat inferioribus contra superiorem contendere, proposito themate, stilo aut dictione subita, aut simili disceptatione. Si vinceret inferior, fiebat commutatio honoris et alter in alterius locum a rectore mittebatur, qui summus habebatur honos vincere adversarium, quemadmodum turpe erat, vinci et loco cedere. Primus vero in illo transitu et secundus munera consequabatur, a coenobio Hieronymitano proposita. Sed meliora erant primi quam secundi; ut si primo donaretur Virgilius integer, dabatur secundo tantum Georgica; sed si secundus cum primo contenderet et par esset, fiebant paria praemia. Tempus autem ascendendi ad loca superiora erat Calendis octobribus atque id, mea quidem sententia, recte. Solent enim languere animi atque remitti studia per

calores. Sed illa censura quae instabat ad Cal. Oct. excitabat eos, ut quisque se praepararet ad futuras disputationes, ut par esset lacessendo et defendendo. Deinde quoniam hiems proxima est, ut taedium auferatur hiemalis molestiae, maluerunt ibi initia fieri, quae maiora plerumque studia solent excitare, quam media atque exitus. Propter eos etiam illud tempus idoneum est, qui ex aliis civitatibus atque locis adveniunt ad discendum literas. Cum enim omnis migratio atque loci commutatio sanitati adversetur, si aër deterior accedatur, minus tamen periculi est hieme.

Qui vero libri in singulis ordinibus legendi sint, et quomodo explicandi, et quae studiorum ratio in singulis ordinibus institui debeat, non huius loci est exponere. Requirit enim haec res maiorem explicationem.

Haec res mihi in hac urbe optime posse institui videtur: assignatis enim et constructis locis, non video, quid reliqui sumptus plus fieri debeat. Si enim ad Dominicanos coibitur, nihil in schola Sapidum est mutandum; sed ea dividenda est in tres ordines, in octavum, septimum et quintum. Suebelii enim iuvenes, qui doctiores sunt aut octavo aut septimo aut sexto adiungi poterunt pro eorum doctrina. Dasypodii pueri, quoniam doctiores, partim quartam et tertiam classem constituent, partim augebunt inferiores. Itaque sex primi ordines hoc modo erunt constituti. Septimus est publicarum lectionum, hoc est secundus ordo. Primus vero Theologiae.

Qui vero praeficiendi sint classibus, ubi et eruditio et diligentia spectabitur, seorsum est deliberandum. Sed illius octavae tribus audio aliquam esse difficultatem. Nam quoniam illa aetas adhuc imbecilla est, nolint fortasse aliqui cives propter suos liberos, procul posita esse gymnasia.¹ Quanquam alioquin pueris et labores et utilitates studiorum proponendae essent, et perniciose sit illa mollicies, tamen hoc modo succurreretur. Nam cum Dasypodius duos habeat hypodidascalos, maneat alter ubi est et doceat infantes. Sapidum manet in eodem loco, nam is illis est aptus. Suebelio saltem unus, qui ex Sapidum schola transferri poterit. Erit enim tum maior usus Simonis, qui uni ex maioribus classibus praeficietur.

Etiam in Rectore constituendo non difficilis ratio erit, si illud solum retineatur, ex sex ordinibus privatarum lectionum non debere deligi, ne aut consensio fiat ad remissionem saepius quam oporteat, aut calumniae in privatis defensionibus oriantur, et, ut reliqua taceam, ut plus habeat auctoritatis illud officium: ita tamen ut ille subjectus sit *σφραγῶν* iudicio, ad quos querelae per duos aut tres qui iam alioqui quater visitant quotannis deferri debent.

Non opus est ut plus numeretur, quam antea. Nam aut nihil dabitur Rectori, aut si aliquid dabitur, habebit tertiam partem eorum quae hactenus pendi solent, quemadmodum ante haec tertia pars cedebat hypodidascalo. Ceteri etiam nunc, qui docent, sunt comparati.

Si Senatus de triginta pauperibus aliquid statuatur, videndum est ut diligens adhibeatur distributio, quae studiis esse possit utilis et tuta.

Haec institutio utilis erit civibus, liberalis erga vicinas civitates et gentes, necessaria posteris. Omnis enim Rerum publicae spes sita est in illa puerili informatione. Neque video quomodo illa raritas studiorum, quae per Germaniam est, vitari et tolli possit, nisi huiusmodi educatione primae aetatis.

1. *Adnotatio in margine*: Leodium audio maiorem quam Argentinam et tantum unam scholam habere.

Instituto puerilis.

I. VIII.	2. VII.	3. VI.	4. V.	5. IV.	6. III.	7. II.	8. I.
Lectio. Inflexio. Explicatio propositi alicuius scripti.	1. Partitio grammatices diligentior. 2. Inflexio anomalorum. 3. Σύνταξις.	1. Repetitio rerum cognitarum. 2. Explicatio Ci. A. S. Virg. Aen. 3. Analogiae vocum.	1. Repetitio praeceptionum et observatio generalis. 2. Explicatio Georg. Caesaris. 3. Digestio lectorum formularum liberatae orationis, ad strictae orationis.	1. Repetitio Graecae gr. et observatio consuetudinum. 2. ἀνάπτυξις. 3. Explicatio Dem. Ho. Cic. or. Sat.	1. Repetitio Dialect. et Rhetoric. 2. Cicero de oratore. Dem. Hom. 3. Κατηγορίαι et περί ἔργων.	1. Aristot. Analyt. et topic.	Capito.
	4. Explicatio Epist. Cic. Bucol. 5. Resolutionis inchoata ratio.	4. Resolutio et observatio singulorum praeceptorum. 5. Censura et ponderatio verborum et nominum.	4. Stylus 5. Indicatio troporum figurarum et quaedam περιφραστικῶν et dial.	4. Praecepta dialectica quas colligere oportet ex Aristotele. 5. Praecepta Rhetorica collecta ex Herennianis et Hermog.	4. Stylus. 5. Commentationes.	4. Leges. 5. Stylus et declamationes.	Bucerus. Hedio.
		6. Locutionum quae raras sunt et a grammaticis regulis variant annotatione. 7. Coniunctio verborum sententiarum. 8. Compositio brevium argumentorum. 9. Modulatio carminum. 10. Regulae generales confingendorum verborum.	6. Grammatica graeca 7. Fabellae graecae Aesopi selectiores.	6. Stylus. 7. Commentationes et dictiones subitae.	Disputationes.		
		Matthaeus. 2/3	Acta. 2/3	Joannes. 2/3	Epist. Paul. 3	Novum et vetus testamentum. 3/4.	I

IV.

Rathslag und Bedacht der Schulherrn unnd etliche Gelerten allhie Einer
gemeynen schulen zun Predigern fürzenemen. Anno 1538. ¹

Es haben unsrer Herrn Rath unnd XXI vergangne Jaren usz erfordernungen Irs schuldigen bevohlenen Ampts, ouch usz christlichen pillichen Ursachen, ettliche schulen für die gemeynen Jugend alhie verordnet unnd angesehen, damit dieselbig nit also verwilde oder zum muossiggang verwarloset, sonder zu erbarn tugentlichen künsten mit der Zeit ufgezogen und dodurch zu geschicklichkeit ouch christlicher übung gerathe und andren ouch dienen und nützlich sein mecht, dann eins yeden gemeynen nutz hoffnung und wollfart furnemlichen inn dem stadt, das die Jugent christlich recht und wol ufgezogen werde.

Und daruff drey Schulherrn usz dem Regiment verordnet welche dieselben schulen mit erbarn fromen gelerten Schul und Lehrmeistern, ouch mit ordnungen und allerley nothwendighát versehen, daneben ouch zween visitatores, namlichen Doctor Caspar Hedionem und Meister Jacoben Bederott verordnet haben, die die Schulen und Leerhüser von monat zu monat, so oft sie bedungkt nott seyn besuchten, doselbst sich erkundigten wie man leeret und huszhalte, wasz zu bessern were, an die schulherrn brechten, Darzu haben sie die schulherrn selbst alle vierteljore alle lateinische leser und schulmeister sampt den helffern, dergleichen alle Teutsche Lehrmeister für sich und die herrn Visitatores obgemelt, beschicken lossen, ir Jeden inn sonderheit gehört wasz er für mangel in syne schule oder leerhusz beyfnde, und wie die zu bessern. Zu dem einem Jeden wo sy an ime mangel befunden dasselbe untersagt und ine ermanet vlysz anzukeren, domit die Jugent inn leer und leben wol ufferzogen wurde; Darusz ouch gevolt das die Schulen (Gott hab lob) von tag zu tag ye mehr ufgangen und dahyn gerathen sein, das vil erbare fromer leut in andren statt ire khande allhie zu schulen geschickt haben.

Nun tragt sich aber zu mehremolen zu so man inn eine Pollicey ordnungen und statuten, gemeynem nutz zu gut furnemen will, das am ersten, so die ordnung bedacht und berathslagt werden nit alle feel und mangel bisz man die inns wergk pringt erschen kennen werden, sonder dieselbigen erst so die ordnungen in übung und treyp khommen, sich sehen lossen und erzeigen unnd also für und für yenachdem sich die sachen zutragen nach gelegenheit geendert und gebessert muessen werden.

Also ouch inn dieszem fürnemen und handel die schulen belange, haben die schulherrn biszher allerley mengel und feel bevorab inn den lateynischen schulen befunden, deshalb sye den furnemsten gelerten alhie bevolhen, die sach zu bedengken und zu berathslagen wie dieselbe gebessert werden mecht, unnd beyfnden by dem mehrteil derselben in rathe, das die sachen nit wol wolle zu helfen seyn, wann man also vil lateinische schulen habe wie yezt. Sonder rathen allesamen, das man die lateinischen schulen zusammen fassen unnd an Ein ort vesordnen solte, unnd das usz nachfolgenden ursachen.

Erstlich, so syndt der Jungen zu vil und unglich uszgetheilt. Dann man haltet alhie drey lateinische schulen da inn jeder ein namlich anzahl der Jungen ist, ye werden drey Lectionen

1. Dieses Dokument befindet sich im Thomasarchiv (Univ. I. 1). Auch das Konzept desselben ist vorhanden; die erste Seite desselben ist durchgestrichen und von einer andern Hand, vermutlich von der Jakob Sturms, vollständig umgearbeitet.

inn den sprochen und guten erbaren kunsten gehalten. Demnach das collegium zu den Predigern und ein Paedagogium für die Burgers kynder. Sodann haben ettliche leser unnd helfer allhie eben vil frembde und heimische Jungen. Nun werden yediest alle Iren Meistern furnemlichen darumb vertrauet und bevolhen das sie die mit allem vlysz und ernst treulich christlich und wol inn leer und leben unterwysen und uffziehen sollen.

So man nun diese Jugendt so yezt allhie zu der leer underhalten wirt, nachdem ein yeder der leer vehig, recht abtheilen wil, befindt man die Jungen so schon lesen kennen inn sechserley Unterscheydt unnd gattung da ein yeder theil syn besonder art unnd weys zu leeren haben musz und demnach ein eignen Leerer erfordert. So synd aber zu solichen knaben inn den dreyen schulen inn jeder allein zween verordnet, item im Paedagogio unnd dem Collegio zu den Predigern an yedem ort nur einer. Darusz musz nun gewisslich volgen das allweg und so oft man lyszt, ettliche knaben von den zuhörern versäumet werden unnd dieselbig zeit on frucht hynbringen. Dann so sich der Lector uff ein gattung richtet, muessen dieweyl die andern, so dasjenig das man leert entweder nit verstan megen oder dasselbig zuvor begriffen und gelernt haben vergeblich zuheren und damit versäumt werden, welches aber nit geschehe, so ein yeder Jung nachdem er fehig wer, allemol syn sonder leer und leermeister hette. Es sind sonst von gottes gnaden dieser zeit viel guter ingenia, die der leer vehig, vorhanden, So hat man vil geschicktre und bessre wysz und mittel die Jugent zu leeren, dann etwa hievor gewesen ist. Also das wenn mans sonst recht anschickt, so mag man ein Jungen, der etwas an art oder ingenium hat die lateinisch unnd griechisch sprach dazu andre gute kunst, die worheit inn allen dingen grundlich zuerkennen, fueglich zureden und zeschreiben (welche man Dialectik und Rethorik heisset) in acht Joren gnugsamlich und wol leeren. Nun hat man aber hievor an denen orten so man Schulen gehalten und knaben gehabt die der leer vehig gewesen und in der selbigen so weyt khomen sein, als man sie yezt (gott sey lob) allhie hat, inn einer schul drey oder vier leerer gehalten. Unnd doch allein die lateinisch sprach unnd ein wenig von der dialectik und dennoch die beyden nit so gründlich und volkomen als yezt geleert. Yezt aber leert man die knaben die Lateinisch und Griechisch sprach, darzu die ganze Dialectik und Rhetorik, welches alles zu leeren (nachdem ein jeder knab darzu geschickt und fehig ist) ye mehr dann drey personen oder leerer erfordern thut.

Sollten nun inn allen Schulenstueb leerer verordnet werden als der underscheydt der Jungen erfordert, so würde es zu vil costung nemen und mecht man die leut darzu nit bekhomen die zu selbigem wergk geschickt und tougliche weeren. Ueber das so wurde der Jungen zu wenig sein, sye lustig zu behalten unnd etwas anzereytzen, wann man sie an allen denjenigen ort, do sie yezt geleert werden inn so vil staffeln, gattungen theilen wolt wie man dieselbigen under inen finden wurde.

So man sie aber allesamt an ein ort thete, und nach dem ein yeder vehig und geschickt wer inn ire lectionen und gattung abtheilte, deren villicht allhie sechs sein wurden, so weren der Leerer yezt gnug allhie, der ein yeder seine Jungen die ime bevolhen wurden vlyssig versehen und leeren mecht.

Dann es tregt sich zu, das jetzt inn obgemelt schulen und andern orten allhie funff oder sechs leerer uff ein stund einerley leeren, Einer hat etwa sechs knaben, der ander vier, der merst zehen oder zwenzig die zu solicher leer recht geschickt und tuchtig. So man nun die alle zusammen thete mechte frey einer allein gnugsamlich leeren, dasjenig an dem yezt funff oder sechs leeren und kenten die andern funff oder vier dieweyl andere knaben leren dasjenig so ir condition oder gattung erfordern thut, welche inn diesen weg muessen versäumt werden.

Derhalben und usz yezt geherten ursachen so sein die gelerten alhie einhellig des Raths, das man alle Jungen die man allhie inn schulen und besondern pedagogien leeret zusamen thun, die selbigen in die sechs gattungen abtheilen, yeder gattung iren eignen leerer und gelegnen platz darzu verordnen solte, damit so wurde ein yeder Junge nachdem er geschickt und vehig were geleert und der Leerer so er also nitt vilerley lectionen zu versehn sonder allein einer Leer obzeligen und zewarten hette, von tag zu tag desto geschickter und geübter.

Zum andern, so wil auch mangel an den Leerern sein, dann man mag yezt mit denen besoldungen die man zegeben hat, zu yeder schulen und paedagogien nit so uszbundig lewt haben noch bekhomen, die von inen selbst gnugsam geschickt und so eyfrieg weren sich selb zetreyben die auch kheiner oberhandt bedurfften. Und so man ein solchen man wird erfarn oder weysz, hat er zehen herren für eynen und gar vill bessere besoldung dann man noch zur zeit allhie geben mag. Darusz volgt das man die Jungen brauchen musz so allhie ufferzogen synd, dieselbe bedurffen aber das man sie im handel anwyse, underrichte, etwa treybe und ob inen halte. So sein aber daneben deren die zum anweisen und treyben verständig und geschickt sind ganz wenig.

Wo dann die schulen, wie yezt, getheilt pleiben sollen, wirt man gewisslich durch die besuchung so durch die visitatores alle monat einmal, oder ouch durch die beherung so durch die Schulherrn zum vierteljar einmal beschicht, nit bey allen erlangen megn, das von noten were. Dann die Leerer wellen ettwan selb nit gnugsam aufeinander sehen, so werden die Jungen frech, geben ouch nit vil umb sye. Man spieret ouch zu zeiten bei inen den mangel das sie lügen wie sie die knaben so inen insonderheit vertrauet und umb ein Jargelt verdingt sein, bei inen behalten megen, obschon ettwan dasselbig der knaben nutz nit ist, dann dieselbigen in gemeynen Lectionen oder anderen schulen irer gattung und geschicklichkeit nach fruchtbarlicher und mit mehr nutz dann bey inen geleeret und instituirt mechten werden.

Dwil sich dann die obangezeigten mengel yetzt bereits erzeigen und herfur thun, ist zu besorgen, das es hernach, so ettlich von den besten Legenten und Schulmeistern abgiengen villicht möcht erger werden.

Aber diesen gegenwertigen unnd khunfftigen mengeln allen vorzesen ist abermals der furnemsten geleerten rathe und gutbedungken die Jugent allhie alle zesamen an ein ort, wie ob anzeigt ist zu verordnen und zu unterschieden, also das yede gattung iren eignen platz unnd leere haben mege. Doch das dieselbigen Leerer ouch ire insonderheit verordnete oberhandt und uffscher haben die von verstendigsten und gelertesten (deren man sovil zu solchen superattendenten und ufsehern nott sein wirt, (got lob) alhie wol haben mag) verordnet muessen werden, welche dann ouch allwegen die Jungen beheren, ein yeden inn die gattung so ime gemesz verordnen, die ubungen so zu aneignung der Jugent dienstlich und furderlich seyn, halten und bevehlen ouch alles dasjenig das der schulen notdurfft inn leer, zucht und stroffen erfordert versehen und anrichten solen, zu welchen aber die jüngern Schulmeister, yezt zu geeh, yezt zu nachlessig sein, darzu bei den Lernungen ouch kein recht ansehen oder autoritet haben.

Zum dritten, wo man die leer bey der Jugent recht und wie es pillich sein soll fürdern will, musz man allerley anreizungen und ubungen (wie dann bey den alten gelerten vast im brauch gewesen ist) furnemen, und demselbigen nach erfordert die Igelegenheit der Jungen, das sie jerlich durch ein examen oder verhere, von einer ordnung oder gattung in die andere setze unnd erhebe so sy dermossen furgefaren und studieret haben, das es mit irem nutz gescheen kan, Dieses bringt nun bey den Jungen ein besondern fleysz unnd treyb. Es kan aber nit fueglicher noch fruchtbarer bescheen, dann so man die Jungen in dapffrer anzal inn einer zucht,

leere und erziehung, beyinander hat unnd ein yeder inn syner gattung oder ordnung vil seins glychen haben mag.

Usz diesen yezt erzalten ursachen die nun weyt reichen unnd sere wichtig sein, wo man der sachen erfahrung hat, wie man die etliche Jor her uberkhomen hat, wirt ime alleweg fur gut und fruchtpar angesehen, das man die Lateinischen schuljungen alle zusammen verorderre und wie vor angezeigt ist abtheile, inen ouch an einem gelegnen ort, inn der statt gelegne plaz zurichte, also das sy bey einander sein unnd doch ein yede ordnung oder gattung iren sondern ort unnd Leerer haben mege und ein gemeinen superattendenten oder Rector, der den ganzen handel anrichte und in rechter ordnung erhalte.

Nun ist aber gegen solichem Instituto oder furhaben kein ander beschwerde noch hyndernisz dann das etliche clagen mechte die statt wer grosz unnd wurd solicher platz ettlichen kynden zu weyt entlegen sein. Dargegen gedengen die Schulherrn das solicher clag nit sovil sein wúrde, dann usz den vorstetten werden wenig knaben zu den lateinischen schulen gethan; Zum andern kennet man den platz inn der statt dermaszen ordnen das nyemas der sonst lust zu lernen hat, sich des wegs pillig beschweren mege, Dann sind andere Stette als grosz und weyte als diese die doch ouch nit mehr dann ein Schul haben, daher ouch die gelertesten Jungen khomen, als namlich im Niderland, unnd zwar hievor, wann ettwan gute Schulmeister allhie zu sant Johannis oder Wilhelmern gewesen, wie wol es entlegene pletze syndt sye doch nyemas zu fern gewesen seyne kynder dohyn zeschicken. Doch so ist fur die Jungen, so erst lesen leren bedacht das man dieselben zum Predigern zun frawen Bruedern unnd zum alten St-Peter lassen soll.

Diese meynung haben die gelerten nit allein fur fruchtpar sonder ouch fur nottwendig angesehen, wil man anderst mit den Jungen, so allhie sein, etwas tapffres rathsschaffen, dann sye haben keinen zwyvll es soll ein Junger durch soliche angeigte weysz der Leer inn zwey oder drey Jaren mehr begreifen dann uf dem weg der yezt ist inn funff oder sechs Joren. Unnd wurde man dannocht der Schulmeister oder Leerer nit mehr bedurffen dan man yezt hat, unnd derselbigen ire ämpter besser und fruchtbarer, dann villicht sonst bescheen mecht, uszrichten, besonder dwil ein yeder mit einerley zethun hette.

Wiewol nun die Schulherrn solichen Rathslag unnd bedacht, sovil sie sich des handels verstanden fur gut, ouch der gemeinen Jugent nutzlich unnd furderlich achten unnd haben, wie dann ouch ettliche andere gelerte verstendige lewt (die doch dem handel gar nit verwandt sein) denen sie denselben zubesichtigen gegeben, hoch rhuemen, und derhalben für ire personen bedacht weren damit furzefaren, und die schulen demselben nach zuordnen und anerichten, Dwil aber dieses furnemen ein grosse enderung erfordert, haben sie soliche enderung on besondern wissen, willen und erkhanntniss unsrer Herrn Rathe und XXI gar nit thun noch furnemen sonder Inen solichs zuvor eröffnen und deren bescheydt darmit erwarten wellen.

V.

Schöeffen Vortrag. — Anordnung der Schulen in sechs Classes.¹

Lieben freund. Unser Herrn, Meister und Rhat, haben in betrachtung was dem gemeynen nutz daran gelegen das die Jugent in guten kunsten und sitten woll ufferzogen werde vor diser zeyt etlich lateinische schulen zu den predigern, frowen brudern und dem alten Sanct Peter uffrichten lossen, die selben ouch mit schulmeistern und helffern versehn. Dweyl sie aber seyther in erfarnúsz khomen, das solcherley underscheyd der Jungen, so in bemelte schulen gangen und welche nit als woll und füglich von dryen personen so in eyner schul bis hieher fürgesetzt und gewesen, gelert mügen werden, als wenn die knaben in sechs hauffen abgeteylt und jeder hauff ein sondern schulmeister hett: so haben bemelte Unser Herrn, zu nutz und wolfart gemeyner Statt und burgerschaft, domit die jugent desto vlyssiger und weit mindrer arbeyt underwysen und gelert werden möge, sich entschlossen ein schul hie zu den predigern uffzurichten, do die knaben von jederley gattung in eyner sondern stuben und durch ein sondern schulmeisrer underwisen und gelert werden. Nachdem aber sollicher baw zu den predigern vor michaelis nitt gar zubereyt werden mag, domitt dan sollich nutzbarlich werck dodurch nitt verzügen, sonder in das werck brocht, so haben sie zu den barfüssern ein platz in der eyl zurichten lossen, so die knaben also abgeteylt, durch sondre schulmeister gelert werden sollen, bis der gebaw zu den predigern vols zugericht und ussgemacht werde, Aber die gantz jungen knaben so erst lesen und schriben lernen, werden an den drey vorgemelten orten, zun predigern, frowen brüdern und alten Sanct Peter noch zur Zeyt bleyben und do selbst wie hievor gelert werden.

Dweyl nun sollichs alles uss wollbedachten und dapfern ursachen gemeyner statt und burgerschaft zu nutz wolfart und gutem, bedacht und beschehen, so will ein Ersamer Rhatt evch allen als iren lieben bürgern und angehörigen sollichs verkünde und hiemit ermant haben das ir euer khinder, so ir zur lernung latinischer sproch und gut kunst uffziehen wöllen, an solliche ort uff morgen schicken und euch im vorus des wegs nit beschweren, in bedenckung das ein Junge durch diesen wege in viel kurzrer zeyte dann hervor beschehen, die lateinische sproch sampt andern guten kunsten, ergriffen und lernen mag. Das haben Unser Herrn Meister und Rhatt uch also guter meynung nitt wollen unangezeigt lossen.

1. St-Thomasarchiv. (I. 1.)